

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Continens Doctissimas Sþper Varios Veteris Testamenti Libros  
Quæstiones, Et Commentaria In Psalmos Davidis - Vna Cvm Vocabvlorvm  
Psalterii Expositione: De Templo Salomonis, Et Sex Dierum Creatione:  
Commentarivm Item In Boethii Librvm De Sanctissima Trinitate, Aliosqve  
Piissimos Tractatvs De ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Quæstiones variarum liber.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72069](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72069)

suo præparenquia convercio peccatorum prædicatori primò imputatur, postea verò convertens. Panem sibi præparat, cùm in bonis operibus semetipsum exercens, ut hæres patris coelestis fiat, obtinet. Quod autem ait Helias, *Hydras farina non deficit, nec lecythus minuetur usque in diem, in qua datus est Dominus pluviam super terram*: illud significat, quod fides ab electorum cordibus bonaque opera non deficient, usque dum Dominus ad judicium cum omnibus Sanctis suis veniat.

## CAPUT XVI.

*Helius Naaman Syrum à lepra mundat.*

**H**eliæus Christum figuravit, Naaman verò populum gentium. Multi leprosi erant in Israël, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus: quia veniente Christo in carne & Judæi & gentes leprâ peccatorum suorum circumdati erant. Sed Judeis in iniquitate sua permanentibus gentes à lepra peccatorum suorum mundatae sunt. Præcepit ergo Helius Naaman dicens: *Vade & lava te sepius in Jordane, & respici sanitatem caro tua, & mundaberis.* Et abiit, & lavit, & facta est caro eius sicut caro pueri parvuli, & mundatus est à lepra. Aqua Jordani baptismum figurabat, & eo quod in ea Christus baptizatus sit. Naaman aquis Jordani ablutus est, & à lepra mundatus: quia populus gentium aquâ faci baptismatis à lepra peccatorum suorum est purgatus. Septena verò ejus lavatio septiforme Spiritum sanctum figuravit, per cuius operationem remissio peccatorum in baptismo datur: quia sicut corpus visibiliter aquis baptismatis, ita anima invisibiliter per operationem Spiritus sancti à peccatis omnibus emundatur. Giezi autem, qui pretium sanitatis à Naaman percepit, lepramque ejus hereditavit, eos designat, qui doctrinam sua predicationis hominibus vendunt, quos Dominus in Evangelio non pastores, sed mercenarios vocat. Helius igitur sanitatem contulit, & Giezi pretium accepit: quia ab eis, quos divina misericordia salvat, perverbi doctores premium sanitatis exigunt: & ideo hæredes leprâ eorum efficiuntur, quia in malis, quia illi per gratiam Dei contempserunt, permanentes, damnationem sibi perpetuam adquirunt. Naaman ille Syrus, qui interpretatur fidelis virtus eorum, cor populi demonstrat nationum, quondam per fidem scelerumque lepram maculatum, sed per sacramentum baptismatis ab omni mentis & corporis fealdate purgatum. Qui capta confilio puella, hoc est, inspirationis superna gratia, quam Judæi conservare non valentibus gentes rapuere, salutem sperare commonitus, sepius lavare jubetur, quia nimis solum baptismi genus, quod ex Spiritu sancto regenerat, salvat. Unde iure caro ejus post lavacrum velut caro pueri parvi apparetur memoratur, sive quia cunctos in Christo baptizatos in unam partem gratia mater infantiam: seu magis ille sit intelligendus puer, de quo dictum est, Parvulus natus est nobis, filius datum est nobis, cuius corpori per baptismum tota credentia fobos adunatur: & ut cuncta hic baptismi scires sacramenta permonstrata, in quo abrenunciari satana fidem confiteri precipit, negat se Naaman ultra diis alienis litaturum, solum per omni Dominum serviturus. Partem quoque terra sancta secum tollere gaudet, quia baptizatos oportet quoque dominici corporis participacione confirmari. Merito igitur Naama, cuius dum aquâ corpus abluit, sive peccatum imbutitur, id est, populus gentium Judæi leprâ contumacia squalentibus antefertur.

*Questionum in libros Regum finis.*

VENERABILIS BEDÆ  
PRESBYTERI, ALIQUOT QUÆ  
STIONUM LIBER.

## QUÆSTIO I.

*De Stella & Magis,*

**D**icitur quidam Magos, qui ad Dominum in carne natum ab Oriente venerunt, eumque oblatis munieribus adoraverunt, nequaquam ipsis in eisdem munieribus mysteria illa nobilissima, quæ nunc sancta Ecclesia subtiliter intelligit, intellexisse, videlicet in auro regem, in thure Deum, in myrra hominem suo tempore moriturum ad sepelendum: sed plus in mysteriis quæ in conscientiis proferen-tes, ea simpliciter, quæ in sua patria pretiosiora nascen-tur, ei quem adoraturi venerant, regi obtulisse pro munere. Sed si verba ipsorum diligenter penitus, quia hi Hierosolymani venientes dixerunt, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum, longè aliter fuisse comperimus.* Constat quippe illos hominem intellexisse eum, propter quod dicunt: *Vbi est, qui natus est?* Constat & regem, quod & ipso verbo declarante. Constat & Deum credidisse, unde & consequenter adjungunt: *Et venimus adorare eum.* Neque enim homines doctissimi eum, quem tantummodo hominum regem ac non etiam Deum crederent, tam longè adoraturi venient. Qui etiam hoc nobilissime ad divinissimè de eo senserunt, quod cùm esset Rex Iudeorum, ad salvandas etiam gentes, quæ in ipsum credere, atque ad illum venire velente, esset idoneus, quod suo maxime advenitu probaverunt & acti. Sed & de stella, quæ eis apparuit, quidam minus diligenter Scripturam intuentes, eam ab Oriente usque ad viciniam Bethlehem ducem eis itineris exitisse dixerunt, viaque praviam. At ubi reliqua viæ Bethlehemistica ad Hierosolymam iter & oculos deflexerunt, dispartuisse stellam, quæ eos duebat, donec cursus ab Hierosolymis pedem referrent ad Bethlehem. Quod nequaquam ita esse factum ipsa Evangelii veritas inquisita demonstrat, sed potius in Oriente tantum eos stellam vidiisse, statimque intellexisse, quia hac ortum nati in Iudea regis signaret, de quo prædicteret Balaam: *Oriens stella ex Iacob, & consurgens virga de Israhel, & percussus duces Moab.* Et ipsi enim cùm essent astrologi, diligenter ea, quæ de stella sunt dicta, memoria commandaverant. Ideoque statim, ut eam vide-runt, venerunt in Iudeam, in qua natum regem noverant, & præcipue ad regiam civitatem, ut ubi ejus nativitatem magis cognitum credebant, invenirent. Cumque testimonii propheticis in Bethlehem illum natum cognovissent, mox illuc iter agentes stellam, quam in Oriente viderant, ducem habere micerunt. Sic enim habes in Evangelio, primò dicentibus ipsis Magis: *Vbi est qui natus est rex Iudeorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente.* Neque enim dicebant, quia ab Oriente nos usque ad hæc loca pravizando perduxit. Deinde etiam Evangelista protestante de ipsis: *Qui cùm audirent regem, abiérunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* Neq; enim vel ipse scriptit, quod alibi stellam, quam in Orientem tantum vidissent, donec auditio rege ad Bethlehem iter dirigerent. De qua stella notandum, quia nequaquam ei Bethlehem venientibus in summa colli altitude inter cæteras stellas, sed in vicinia terre visa est. Cum enim dicat Evangelista: *Antecedebat eos, usque duoniam flaret, ubi erat puer, patrem insinuatum vicinam eam domauit, in qua erat puer, stellam.* Namq; sidera, quæ in summo sunt celo locata, ubi ad centrum celo pervenerint, quamvis amplissima sit civitas, unicuique domui suprà verticem stationevidentur.

QUÆ-

## QUÆSTIO II.

De eo, quod dicit Apostolus: à Iudeo quinques quadragesas una minus accepit.

**Q**uod dicit Apostolus, à Iudeo quinques quadragesas una minus accepit: significat se ab eis quinques flagellatum, ita tamen ut nunquam vicibus quadraginta, sed semper una minus tricies & novies ferieret. Præceptum namque erat legis, ut cum delinquentem Judices verberarent, ita modum vindictæ temperarent, ut plagarum modus quadragenarium numerum minimè transcenderet, ne fæde (inquit) laceratus coram te frater tuus jaceat. Quod ita intelligendum, ab antiquis ita intellectum, testatur etiam pictura ejusdem libri, quam reverendissimus ac doctissimus Cudum, orientalium Anglorum antistes, veniens Româ, secum in Britanniam detulit, in quo videbatur libro omnes penè ipsius Apostoli passiones sive labores per loca opportuna erant depictæ. Ubi ita hic locus depictus est, quasi denudatus jaceret Apostolus laceratus flagris, lacrymisque perfulsus. Superaltaret autem ei torpor quadrifidus habens flagellum in manu, sed unam è fī iibis in manu sua retentam; tres vero reliquias solim ad feriendum habens exertas. Ubi pictoris sensus facillime patet, quod id dedit fidibus eum fecit verberare, ut inde plagarum quadragenarium numerum \* compleret. Si enim quatuorvis fidibus percuteret, decies percussionem \* sexaginta plaga saceret: si vero tenuis tredecies feriret, unde quadraginta plaga impleret. Itaque licet bar quidem Judæis quadragesas peccantem percutere, sed illi soli aliquid donares de suo, ac misericordiam praestantes, unde quadragesas Apostolum percutiebant. Quod autem ait idem Apostolus genere somnino quadragesas plagas feceperisse, utique significat, quia quinque vicibus una minus quadragesis percessus. Pro quo verbo simpliciter in Graco dictum est *tauropavrota*. *Ez* p̄. id est, quadraginta præter unam.

\* Deest  
negandi  
particula.  
\* quadrage-  
ginta  
hanc du-  
bie est le-  
gendum.

## QUÆSTIO III.

De eo, quod ibidem dicit Apostolus: Nocte & die in profundo mari fui.

**Q**uod ait idem Apostolus, Nocte & die in profundo mari fui: quosdam audiri alfruentes, quod beatæ memoriae Theodosii doctissimus vir, Archiepiscopus quondam gentis Anglorum, ita exposuerit, quia fuerit in Zizico quædam sovea nimis alta, ad tormenta noxiorum parata, quæ ob altitudinem immensam profundum mari soleret appellari, cuius cœntum & obscuritatem Paulus inter alia innumerâ sustinuerit pro Christo. Verum si venerabilia Patrum scripta replicemus, patet profectò, quia nihil in verbis aliud quam hoc, quod sonat, intelligere solebant, id est, quoniam Apostolus casu aliquo deveniens in profundum mari, ac die simul & nocte fluctibus circumseptus, post hæc ad æra liberum terramque Deo gubernante redierit. Unde & inter miracula divina adscribunt, quod homo tanto tempore sub undis retentus, neque à circumpositis prefocari aquis, neque à belluiss mari devorari potuerit. Denique non amplius Petrus super undas ambulântem nec demersum, quam Paulum sub undis ferentum nec necatum prædicant esse mirandum. Quod si in utriusque Apostoli tam dispari miraculo mysticum aliiquid intelligere volimus, in promptu est, quod Paulus non solum certid naufragus, sed etiam nocte ac die in profundo mari positus, atque ubique protinus ac liberatus à Domino, significat justos de cunctis periculis eruendos à Domino. Nec tantum de tentationibus extrinsecus ingruentibus salvandos, verum & si mortis ipsius videantur gurgite depressi, atque ab humanis rebus absconditi, nihilominus virtute sui conditoris eos esse revocandos ad vitam. Porro Petrus super undas vento commotus liberis passibus incedens, sed ubi ob timorem mer-

gi cepit, dexterâ Christi erexit: significat eosdem electos omnia impiorum tentamina ac persecutio[n]es, diabolico instinctu sibi illatas, fide invicta superare, & quasi pro nihilo contemnere, nec omnino posse seculi fluctibus immergi, qui præfens semper authoris sui complectuntur auxilium. Qui si aliquando ut homines turbari coepissent, mox eripiantur ab eo, quem sine intermissione solent invocare, dicentes: Et ne nos indicas in tentationem, sed libera nos à malo.

## QUÆSTIO IV.

De eo, quod ibidem dicit Apostolus: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus, &c.

**Q**uod dicit Apostolus, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus; hunc habet sensum. Quod opus est vos ipso velstras ultum ire injurias, qui nec corda hominum nosse, nec agnita illorum feelera tranquillo valetis animo iudicare? Quin potius quod in vos peccatur, quasi fratribus & proximis ex corde remittite, ut & vobis vestra Deus peccata remittat, scientes quia si corrigit voluerint, eos socios bonorum habebitis. Sia alias, rectius divino iudicio, quod errare non potest, sicut nec irasci potest, quam vestro damnabuntur. Mihi (inquit) vindictam reservare, & ego retribuam. Et quia non solim mala improborum patienter sustinere, sed & bona illi nostra libenter impendere debemus, quibus superari ad amorem nostrum rebeat, & virtutem mansuetudinis ac patientiae nostræ admirantes etiam imitari incipient, reliquisque ad virtutem opera convertantur, admonendo subiunxit: si esurierit minister tuus, siba illum: si sitis, potum da illi: hoc enim faciens, oportebus ignis congeres super caput ejus. Caput enim illius intentem ejus dicit, quæ in cunctis actibus sive cogitationibus nostris quasi arcem & præsidatum teneret. Carbones vero ignis flamman dilectionis appellat, de qua Dominus in Evangelio: Igne (inquit) veni mittere in terram. & quid volo nisi ut ardatis? Absit enim ut credamus, Apostolum vel Salomonem, de cuius proverbiis hanc sententiam sumpfit, hoc nos docere voluisse, ut eo animo eaque intentione bona faciamus adversariis nostris, ut ipsi in his integrati persistentes majora perpetuo tormentoru[m] patiarient incendia. Sed hos potius jubent, ut misericordiam facientes egentibus minicis emolliamus fomentis beneficiorum tumorem ac duritiam cordis illorum, eosque ad redemando nos in Domino excitare adhibito dilectionis igne studeamus.

## QUÆSTIO V.

De illo ejusdem Apostoli, vnuisque in suo sensu abundet.

**Q**uod ait apostolus, vnuisque in suo sensu abundet: nonnulli ita dicitum putant, quasi dicent, Sufficit unicuique ad iustitiam facere, quæ sibi optima videntur. Quod nequam ita intelligendum est. Quid enim si hereticus est, putans se Catholicum esse; si quis male converatur, existimans rectam esse viam veritatis, quam incedit, nunquid talis operatio sufficit illi ad opus iustitiae, per quod ad salutem perveniat, maximè cum non dicat Apostolus indicativo modo: Abundat, at imperativo: vnuisque in suo sensu abundet. Præcepit ergo, ut si sublimiora sacramentorum divinorum arcana capere nequimus, in his tamen, quæ veraciter credenda ac confienda intelligimus & sentimus, humiliter ac devotè Domino serviamus. Sic etiam implebitur quod iustit, ut unusquisque in suo sensu abundet, cum in eis, quæ à magnis doctribus credenda vel agenda didicimus, abundant bonis operibus infistere curamus, quatenus per executionem eorum, quæ novimus, etiam ad agnitionem sublimiorum, quæ nequum novimus, mereamur attingere. Unde bene subiungit: si quid aliter sapitis, & hoc quoque vobis Deus revelabit, id est. Si bona, quæ nōs, per charitatem operamini, tribuet vobis divina gratia, ut si quid aliter quād decet

sapitis,

sapitis, & hoc aliquando intelligatis. Sicut beato Cypriano contingit perpicuum est, qui cum suis coepi copis, qui erant in Africa, rebaptizandos esse hereticos contra morem Ecclesie statuit. Sed quia in suo sensu, qui sibi restus videbatur, bonis abundare operibus studuit, mox corrigi meruit, atque ad universalem sanctam Ecclesiam normam spiritualium virorum institutione reduci.

## QUÆSTIO VI.

*De verbis David quibus Saul & Jonathan filium imperfectos ploravit.*

**Q**UOD interrogasti de verbis David, quibus Saul & Jonathan filium ejus imperfectos plorabat, in quo ploratu etiam montibus Gelboe, in quibus imperfecti sunt, maledicere viderunt: quomodo convenient tempore vel mysterio Dominica passionis, ita ut haec (sic ut scribis) per omnes Ecclesias quasi in memoriam ejusdem passionis in responsoriis in sabbato sancto Pascha dicantur, quasi rex impius & pro suo scelere interemptus ab hostibus, morte potuerit figurare innocentem regis Christi, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Scire debes, quia veraciter Saul, qui postunctionem faci christiatis, à quo & Christus Domini vocatus est, ab hostibus occidi meruit, mortem vero Christi, quam sine culpa subire dignatus est, insinuat. Unde benè Gelboe voluntatio sive decursus interpretatur. Voluntabant enim in forde peccatorum, iuxta illud Proverbiorum, *Sus lora in volutabili fuit*: atque à rectitudine via salutaris aberrantes, jamjamque ad inferiora, i.e. hujus seculi desideria infida decurebant, ob quorum desiderium regem cœli & terræ in mortem tradere non dubitabant. Propter quod merito eis optatur, ne torem de celo pluviamve suscipiant: quod hodie rebus ipsis videmus impletum in eo, quod eos gratia coelestis deserens, translati sunt ad plebem gentium. Quod etiam Esaias sub figura vinearum futurum illis ex persona Domini communatus est, dicens: *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbren*. Quod est aperte dicere. Et Apostolis atque Apostolicis viris omnibus mandabo, ne illis ultra verbum vita prædicent, sed irrigatione verbi coelestis, quod a se protaveri repulerunt indignos, in sua iteritatem vacuos ac perpetuo igne comburendos relinquante. Nec tibi absurdum videri debet, ut mala reproborum acta boni aliquid significent; aut rursum bona iustorum opera in contraria significacione ponantur. Lege enim Moralia sancti Papæ Gregorii, ubi expoluit quomodo beatus Job maledixerit dei suo, dicens: *Percat dies in quo natus sum, &c.* & videbis quia utilissimum est in scripturis, ut & bona in malorum, & in significacione bonorum mala hominum gesta accipiuntur. Denique Uriam fideliissimum regis David militem, ac piissima atque innocentissima ejus opera vel dicta, in mala significacione: & econtra ipsum David in maximo suo scelere in bona accipiendo interpretatur. Alioquin si non & per malum bonum, & malum significari per bonum posset, nunquam licet nigro atramento, sed semper lucido auro deberet scribi: quia Deus lux est, & tenebra in eo non sunt ullæ, nec rursum in titulus Psalmorum nomen Abalon & Doeg hominum reprobatorum nimio fulgente, sed solo atro colore deberet adscribi. Sicut ergo in paginis librorum quovis colore & mala possimus, & bona absqueulla reprehensione figurare: ita etiam in parte significacione per qualibet hominum gesta, & bona rectissime & mala possunt exprimi. Quamvis & multo saepius contingat, & multo dulcius audiatur, bona per bona, & mala figurari per mala. Sicut autem in pictura parietum, neque obscurum Aethiopem candido, neque candidi corporis sive capillii Saxonem atro decet colore depingi: ita in retributione meritorum juxta suum quicunque opus recipierit, & qualis erit actu, talis etiam parebit vultu in iudicio: neque omnino ad rem quid quicunque figurari, sed quid egerit, pertinebit.

Beda Tom. 8.

## QUÆSTIO VII.

*Quid sit in Psalmo, Ignitum eloquium tuum vehementer.*

**I**NTERIM quæfisti, quid sit in Psalmo: *Ignitum eloquium tuum vehementer*. Quod verbum & in Proverbii positum est: *Omnis sermo Dei genitus*. Scito ergo quod hoc verbum longe alter quam sonare videtur, accipiendum est. Ignitum namque solet dici, quod totum igne perfusum & implatum est: *verbi gratia*. Sicut ferrum & as mediis in ignibus liquefactum, immo igne plenissimum. In qua figura dictum est de Joleph, *Eloquium Domini ignivit eum*: i.e. ita ardore & flamma divina virtutis implevit, ut ipse totus spiritu Dei accentus, & quasi igne videretur esse perfusus. Quales erant qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur invia, & aperiret nobis scripturas?* Quod vero eloquio Domini ignitum, vel sermo Dei ignitus alseveratur, illud tanquam igne examinatum debet accipi instar auri vel alterius cuiuslibet metalli, quod igne conflatum, sordem in se alienam atque inutilem non continet, & totum quicquid in eo residet, verum & perfectum, & omni virtutum contagione purgatum est. Sic etenim eloquia Domini aeternorum in se bonorum fidem continentia, vera omnia sunt, & non otiosè neque inutiliter constituta. Unde & Dominus ait: *Quia iota unum aut unus apex non præterbit à lege, donec omnia sunt*: ne quid illic esse quod non perfectum ac proprium sit estimetur. Ignitum igitur igne examinatum, sive igne purgatum intellige. Ex uno ergo Graeco, quod est *τεπυρόνευον*, utrumque Latinum & ignitum, & igne examinatum pro interpretatione voluntate translatum est. Nam & ubi dictum est, *Eloquia Domini igne examinata*: in Graeco idem unus terminus positus est *τεπυρόνευσα*. Ex quo etiam verbo derivatum est, *igne nos examinasti*: quod quidam dixerunt, *Igniti nos*. Ignitus est autem, sive igne examinatus omnis terminus Dei, quia per illuminationem sancti Spiritus sincera ac firma est veritate subnixus.

## QUÆSTIO VIII.

*De reductione arcæ Domini de domo Aminadab per regem David.*

**C**ongregavit autem rursus David omnes electos ex Israël triginta milia, & cetera. In historia beati regis & Prophetæ David, qua arcam Dei reduxisse narratur, humilitas approbata, superbia damnata, & temeritas vindicata monstratur. Quia & ipse David, qui cotam arcam Domini humiliter facta non erubuit, mox promissionem filii Dei ex sua stipe nasciturum suscipere meruit. Et conjunx, quæ eandem ejus humilitatem despexit, ejus semine secundari non est merita, sed perpetua iteritatis penas luit. Sacerdos quoque qui arcam Dei inconfidérata temeritate tetigit, autus sui reatum immaturam morte purgavit. Ubi intueri necesse est, quantum delinquit qui ad corpus Domini reus accellerit, si devotus ille sacerdos morte multatur, qui arcam illam, Domini videlicet corporis figuram, minori quam debuit veneratione corripuit. Verum juxta allegoriam David Christum, arca Ecclesiam significat. Quiaлив autem David arcam in suam civitatem adducere, sed causa interveniente contraria, ad tempus eam alibi divertit, ac sic deinceps quod multum desideraverat, explevit. Quia Dominus in carne apparet, Evangelium filii Israël, suæ videlicet genti predicavit, sed cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic annis Israël salvus fieret. sed ut hec concleutius per singula videamus, congregavit David omnes electos ex Israël triginta milia, quia Dominus Ecclesiam primitivam ex Israël instituit, non quidem omnem Israël, sed electos quoque sibi consocians. Non enim omnes qui ex Israël, hi sunt Israélitas: sed filii præmissionis deputantur in sémine, qui triginta milia

esse referuntur, i.e. fidei, operis & spei firmitate perfecti. Tria enim propter confessionem sanctæ Trinitatis ad fidem pertinent, decem propter decalogum legis ad opera, mille propter fui perfectionem ad spem vitæ æternæ, qua superiorius aliquid non est, sicut numerus millenario nullus major est. Et si enim decem milia, si triginta milia, si etiam mille milia dixeris: non ipsum mille numerando transcedes, sed vel per minores numeros sapientius dividendo multiplicas. Tria ergo per decem multiplicata, ne fides sine operibus mortua sit: item triginta per mille multiplicata, ut fides quia per dilectionem operatur, non alibi quam in celis retributionem speret. Electi igitur ex Israël, populos recte credentes, operantes, sperantes, iniungunt: virtutem Iuda, qui erant cum David, ipso Apostolos & doctores, qui lateri Christi quasi familiariter adhæabant, indicent. Quo utroque stipatus exercitus Dominus, arcum adducere: i.e. Ecclesiam dilatare, & in eorum qui non crediderant, cordibus inferere gaudet. Imponitur autem arcu plastrum novo, ut novi Testamenti gratia renovatis in baptismō mentibus infundatur, novumque vinum novis utribus conferendum mandetur. Erat quidem prius arca in domo Aminadab, qui erat in Gabaa, quia eadem quia nunc prædictarit Ecclesia fides, & ante incarnationis Dominicæ tempus florebat, in his quibz atriarcharum Prophetarumque sunt devotionem fecuti. Aminadab enim qui interpretatur pater meus spontaneus, vel Abraham patrem fidei, vel Moyen legislatore significat: qui uerque in Gabaa cultuor arcum, quia fusilium virtutis exemplo credentium pectora munis. Unde & Gabaa collis interpretatur, qui locus est in civitate Cariathiarum. Elata ergo foris arca ludebat David, & omni Israël coram Domino diversis Musicorum generibus, quia mox inchoante novâ gratia præconio, Dominus ad exhibendas Deo Patri laudes humilitatis omnes invitauit dicens: *Qui mihi ministrat, me equatur.* Alii dando per spiritum sermonem sapientia, aliis sermonem scientia, aliis genera linguarum aliis gratiam curationum, &c. Sed his arque huiusmodi charifatrum generibus progrediente arca, i.e. crescente Ecclesia primitiva ventum est ad aream Nachor: id est, aream præparatam, gentium videlicet Ecclesiam, fidei veritate consecrandam, de qua Joannes ait: Et permundabit aream suam. Ubi sacerdos, qui arcum incautius quali corrigendo tergit, mox a Domino percussus occubuit: quia Iudæorum populus dum gentibus invidet, salutis se munere privat, dum legem vult Evangelio misere, utriusque sibi gratiam tollit. *Et tenuit eam, iacuit, quoniam cœcaverant boves.* Boves quippe calcitrare, et predicatores Evangelii liberius circa fidem agere, neque secundum confutudinem Legis ingredi: sed Sabbathum, neomenias, circumciusionem, vi etiamaque spiritualiter interpretari. Quos velut errantes corrigerere tentabant, qui descendentes de Iuda docebant fratres. *Quia nisi in unicidam secundum morem Moysi, non potestis salvi fieri.* Et de quibus Jacobus ad Paulum: *Vides, inquit, fratres quot milia sunt in Iuda, qui crediderunt, & omnes hi amatores sunt legis.* Ob causam ergo sacerdotis occisi, David noluit divertere ad se arcum Domini in civitatem David, sed diu errit eam in domum Obed edom Gethæ: quia resupinetibus verbum Iudaïs, non amplius audita & non suscepimus prædicatio noceret, Apostoli ab eis ablati, & ad Gentes imbuendas sunt missi. Unde & locus area Nachon, quia Gentium fidem Domini gratia præparatam demonstrat, percussio Ozia nuncupatur, videlicet quia illorum delito falsus est gentibus. Obed Edom namque qui interpretatur serviens homo, ille est utique de quo Dominus ad Patrem: *Constitues (inquit) me in caput gentium, populus quem non cognovi, servum tuum.* Ubi & Iudeorum abjectionem, quia Ozæ mortem præmittens, ait: *Erit enim me de contradictionibus populi.* Nomen quoque urbis congruit; Gethæ enim interpretatur torcular, significans crux, in qua vixit vera calcaria & exprimi designata est. A qua cunctus gentium populus meritò Gethæ appellari potest, cum dicit: *Misi autem ab isto gloriarum, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Tres autem mensis quibus ibidem arca demoratur, fides,

spes & charitas sunt. Sicut enim diebus adimplerunt mensis, ita singula virtutes suis quoque passibus ad perfectionem pervenient. Hi menes quoque plenitudo genitū intret, non cesant. Tandem rediens David arcam inducit in civitatem David, quia Dominus & Enoch & Heliam prædicantibus convertet corda patrum in filios. Boves & arietes immolans, i.e. eos qui aream Domini trituran, & ovium ejus ducatum gerant martyri sanguine coronans, & ipse quoque sua incarnationis & passionis exemplum euentus Judæis non creditum palam manifestans. Hoc enim significat, quod & ipse David accinctus era ephod lineo. Nam linum quod terra procreat multiplice labore ad candorem vestis pervenit, veritatem humanæ carnis inter flagella triumphantis ostendit. Verum cunctis existantibus, & ad arcæ celestis introitum hymnos resonantibus, sola Michol filia Saul arcam ducentibus, absit. Quin etiam è speculis David respicit humiliatum, quia cedentibus in mundi fine Judæis, erunt nonnulli qui Christum professione, sed opere sequentur Antichristum. Quibus meritò congruit, quod eadem Michol, quæ ob figurandam instabilitatem carnalium aqua omnis interpretatur, non uxori David, sed filia Saul appellatur: quia qui Christi fidem tenet, non illius regno coronandi, sed persecutorum ejus quos imitavere, sunt anathemata damnandi. Verum præsuccent, humiliatam Ecclesiæ contemnunt, nihilominus arca Domini locum suum ingreditur. Ponitur in medio tabernaculi, quod tetenderat e David, i.e. fides Ecclesiæ prædicatur, proficit, inferior cordibus hominum, quos Dominus ad vitam præordinaverat æternam. Offert David holocausta & pacifica coram Domino, fidem devotionemque Ecclesiæ commendat Patri Christi, qui est ad dexteram Dei, qui & interpellat pri nobis. Qui in exemplum David fideles humilesque benedicunt, salutari mysteri pasci alimentis. Partitur singulis collyridam panis unam, illius utique qui de celo dei cedit, & dat vitam huic mundo. Et allaturam bubulæ carnis unam, illius scilicet vituli saginati, qui pro revertente ad patrem filio juniori mactatus, & igne passionis allatus est dicens: *Exaruit tanguum teja virtus mea.* Et timilam fricam oleo, carnem videlicet a peccati labore mundissimam, sed ab humana salutis uberrimam dilectione crucis tartagine rostam. Et merito una panis collyrida, una carnis affatura datur, quia unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium. Alter haec munera fideles accipiunt, quando unus panis, unum corpus omnes sumus in Christo, & fax carnis lacrimam singuli castigantes, ac servituti subiectientes, sancti Spiritus igne decoquunt, nec non & bonorum fructus operum oleo misericordie pinguisssimo compunctione serventur.

At contra filia Saul fructu cubiculum Regis ingressa, nullos concepti seminis fructus dat: quia qui verbum Dei auretenus percipiunt, absque boni operis prole diem perpetuam mortis expectant.

## QUÆSTIO IX.

De Angelis.

**A**NGELORUM natura, creatio & status qualis? Angeli ante creationem mundi creati sunt: & ante omnem creationem Angelorum diabolus est conditus, sicut scriptum est: *Ipsæ est principium viarum Dei.* Unde & ad comparationem Angelorum Archangelus appellatus est. Primitus enim creatus extitit ordinis prælationis, non temporis quantitate. Primum habuisti Angelorum diabolum, ex qua fiducia cecidi: ita ut sine reparatione laberetur, cuius prælationis excellentiam Propheta his verbis annunciat: *Cedri non fuerunt diores illi in paradiſo Dei, abietes non adequaverunt summum atem illius.* Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, quomodo speciosiorem fecit eum Deus. Distat conditio Angeli à conditione hominis: homo enim ad similitudinem Dei conditus est, Ar-

change-

angelus verò qui lapsus est, signaculum Dei similitudinis appellatus est, testante Domino per Ezechiem; *in signaculum similitudinis plena sapientia perfectus decor, in deliciis par adiſi Dei susſi.* Quantò enim subtilior est ejus natura, tanto plenus extitit ad similitudinem divinæ veritatis expressa. Prius de cœlo cecidisse diabolum, quām homo conderetur. Nam mox factus est, in superbiam erupit, & præcipitatus de celo est. Nam juxta veritatem testimoniū ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit: quia statim ut factus est, cecidit: fuit quidem in veritate conditus, sed non stando, confessit à veritate est lapsus. Uno superbia lapsu, dum Deo per tumorem se conferunt, & hoc cecidit & diabolus. Sed homo reverſus ad pœnitentiam, dum se inferiore esse cognoscit: diabolus verò non solum in hoc contentus quod se Deo æqualem existimans cecidit, in super etiam superiori Deo se dicit, secundum Apololi dicta qui ait de Antichrisbo: *Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Diabolus ideo jam non petet veniam, quia non compungitur ad pœnitentiam. Membra verò ejus sapè per hypocrisin deprecantur, quod tam pro mala conscientia adipisci non merentur. Discat humana miseria quod ea causa ciuitatis permovet Deus præstare veniam, dum infirmo copacuerit homini: quia ipse homo traxit ex parte inferiori infirmitatem peccandi, hoc est ex carne, qua exclusa anima detinetur. Apostata Angeli ideo veniam non habent, quia carnalis fragilitas nulla infirmitate gravata sunt, ut peccarent: homines autem post peccatum idcirco reverterunt ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis, ideoque pro infirma carnis conditione, redicunt patet homini ad salutem: *sicut & Psalmus dicit: Ipse fecit signum tuum.* *Memento Domine quod terra sumus.* Et iterum: *Memorare, inquit, quae sis nostra sublata.* Postquam apostata Angeli ceciderunt, reliqui perieverantia æterna beatitudinis solidati sunt. Unde & post celi creationem in principio reperitur: *Fiat firmamentum.* Et vocatum est firmamentum celum, numerum ostendens, quod post Angelorum ruinam hi qui permanerunt, firmatatem meruerunt æternae perieverantia & beatitudinis, quam minus acceperant: post diaboli deiectionem Angelorum sanctorum collatam sanctitatem perieverantiam & beatitudinem quam minus acceperant. Unde oportet cognosci, quod malorum iniquitas sanctorum servat humiliati: quia unde mali corruunt, inde boni proficiunt. Bonorum Angelorum numerus qui post ruinam Angelorum malorum est, diminutus ex numero electorum omnium supplebitur, quia numerus soli Deo est cognitus. Inter Angelos distantia potestatum est, & pro graduum dignitate ministeria eisdem sunt distributa: aliisque alii præferuntur tam culmine potestatis, quām scientia virtutis. Subministrant igitur alii aliorum præceptis, atque obediunt iussis. Unde ad Prophetam Zachariam Angelus Angelum mittit, & quacunque annunciare debeat, præcepit. Novem esse distinctiones vel ordines Angelorum, sacra Scriptura testantur Id est, Angeli, Archangeli, throni, dominationes, virtutes, principates, potestates, Cherubim & Seraphim. Horum ordinum numerum & Ezechiel Propheta describit sub toto: *idem neminem lapidum: cum de primatu apostata Angeli loqueretur: Omnis, inquit, lapis operimentum tuum: sardius, topazius, & jaspis, & chrysolithus, & onyx, & beryllus, & sapphyrus, carnum ulus & smaragdus.* Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt Angelorum, quos apostata Angelus ante lapsum qualiter in vestimento ornamenti sui affixos habuit ad quorum le comparationem dum se clariorem cunctis apspecte, confusum intumuit, & cor suum ad superbiam elevavit. Angeli semper in Domino gaudent, non in se: malus verò inde diabolus, quia non quæ Dei sed quæ sua sunt, requirit. Nulla autem major iniquitas, quām non in Deum, sed in se velle quempiam gloriarī: Angeli verò Dei cognoscunt omnia antequam in re fiant, & quia apud homines adhuc futura sunt, Angeli jam revelante Deo neverunt. Prævaricatores Angeli & sanctitate amissi, non tamen amiserunt vivacem creaturæ angelicæ sensum. Triplici enim

modo præscientia acumine sient: id est, subtilitate naturæ, experientia temporum, revelatione superiorum potestatum. Quoties Deus quoque flagello huic mundo irascitur, ad ministerium vindictæ Angeli mittuntur, qui tamen divina potestate coercentur, ne tantum noceant, quantum cupiunt. Boni autem Angeli ad ministerium salutis humanae deputati sunt, ut curas administrent mundi, & regante omnia iustu Dei, testante Apololo: *Nonne omnes, inquit, sunt administratores spiritus, in ministerium nisi propter eos qui hereditatem captiuum salutis?* Angeli corpora in quibus hominibus apparent, in superno aere sunt, solidamq; speciem ex coelesti elemento inducunt, per quam humanis obrutibus manifestiū demonstrantur. Singulæ gentes præpositos Angelos habere credunt, quod ostendit testimonio Angeli Danieli loquentis: *Ego, inquit, reuiui nuncarem tibi, sed princeps regni Persarum resiliui mibi.* Et post alia: *Non est qui me adjuvet, nisi Michael princeps vester.* Item omnes homines Angelos habere probantur, loquente Domino in Evangelio: *Amen dico vobis quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui est in celis.* Unde & Petrus in Actibus Apostolorum, cum pulsaret januam, dixerunt intus Apololi, *Non es Petrus, sed Angelus eus.* Si Deum Angeli contulerint & vident, cur Petrus Apololus dicit: *In quem desiderant Angeli Dei conspicere?* Item si tunc non contulerint nec vident, quomodo juxta sententiam Domini, Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est? sed bene utrumque est: nam veraciter credimus, quod Deum Angeli & vident, & videre desiderant: & habent, & habere desiderant: & amant, & amare nuntiuntur. Si enim sic videre desiderant, ut effectu desiderii non perficiantur, desiderium hoc necessitatem habet. Necessestis illa penalis non est, & beatis Angelis omnis pena longè est, quia invenimus simul & penam & beatitudine conveniunt. Rursum si eos dicimus Dei in visione satiari, satietas fastidium habere solet: & scimus illos Dei visionem, quam & desiderant, fastidire non posse. Quid ergo est, nisi ut miro modo simul utrumque credamus, quia & desiderant & satiariuntur: sed desiderant sine labore, & satiariuntur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderantes satiariuntur. Et iterum, ne sit in necessitate fastidium, satiari desiderant. Vident enim Angeli faciem patris per satietatem: sed quia satietas ista fastidium nec sit, Angeli desiderant in eo propriece semper. Ubique in Scripturis sanctis pro Deo Angelus ponitur, non Pater, non Spiritus sanctus: sed pro incarnationis dispensatione solus filius intelligitur. Ante Domini incarnationis adventum, discordia inter Angelos & homines fuit: veniens autem Christus, pacem in se Angelis & hominibus fecit. Eodem quippe nato clamaverunt Angelii, *In terra Pax hominibus bona voluntatis.* Per incarnationem igitur Christi, non solum Deo reconciliatus est homo, verum etiam pax inter Angelos & homines reformata est. Discordia igitur ante adventum Christi Angelorum & hominum fusile per id maximè agnoscitur, quod salutati in veteri Testamento ab hominibus Angelii, despiciunt refutari ab eis. Quod in novo Testamento ab Joanne factum, non solum reverenter suscipit, verum & ne faciat interdicatur. Ab hoc homo in veteri Testamento despiciunt nec refutatur ab Angelo, sed quid homo adhuc nondum transiit in Deo. Suspicitur autem homo à Deo, & reverenter salutatur ab Angelo. Nam & Mariam Angelus legitur salutasse, & Joannem Angelum salutanti ab eodem Angelo dicitur: *Vide ne feceris, conservus enim tuus sum, & fratribus tuorum.* Per quod agnoscitur per incarnationem dominicam pacem hominibus fusile & Angelis redditam.

## QUÆSTIO X.

De deliciis hominum &amp; eorum pæna.

**S**CIRE velim quomodo justum sit, ut culpa quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Hoc recte diceatur, si districtus judex non corda hominum, sed facta-

penfaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt: nam voluerent utique, si potuerent fine fine vivere, ut potuerent fine fine peccare. Ostendunt enim, quia in peccato vivere semper cupiunt, qui nunquam definiunt peccare dum vivunt. Ad magnam ergo iustitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluntari carere peccato, quod Deus pius sit, & non pascatur cruciatu mifororum: iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab impiorum ultione. Nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens servus a justo Domino idecirco cadi precipitur, ut a nequitia corrigatur. Ad hoc enim vapular, ut emendari debat. Igni autem gehenna iniqui traditi, si ad correctionem nunquam veniunt, quo fine semper ardebunt? Omnipotens Deus, quia pius est, misericordia cruciatu non pascit, quia autem iustus est, iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes aeterno supplicio deputati, sive quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes, & in Deo videant gaudia, quae percipiunt, & in illis respiciant supplicia, quae evaferunt; quatenus in aeternum tanto magis divina gratiae debitores se esse cognoscant, quanto in aeternum mala puniri conspicunt, qui ejus adjutorio vicerunt.

### QUÆSTIO XI.

*De animarum usque ad restitutionem mansone.*

**V**ELIM feire, si nunc ante restitutionem corporum, in celum recipi valeant animæ justorum. Hoc namque de omnibus iustis fateri non possumus, neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam animæ justorum, quæ à collecti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur iniquo dictionis domino. Quid per hoc aliud innuitur, nisi quod perfectæ justitiae aliquid munus habuerunt? Et tamen luce clarius constat, quia perfectorum justorum animæ mox ut hujus carnis claustru exuent, in coelestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per se veritas testatur dicens: *Vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquila: quia ubi ipse redemptor noster est corpore, illuc procul dubio colliguntur & animæ justorum: & Paulus desiderat dissolvit, & esse cum Christo.* Qui ergo Christum esse in celis non dubitat, nec Pauli animam esse in celo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque habitatione patriæ coelestis dicit: *Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitacionis dissolvatur, quod adificationem habemus ex Deo, dominum non manu factam, sed aeternam in celis.* Si ergo nunc in celo sunt animæ justorum, quid est hoc quod in die iudicij pro iustitia sua retributionem percipiunt? Hoc in eis nimium crescit in iudicio, quod nunc animarum sola, postmodum vero corporum beatitudine perfunduntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino, cruciatu perulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est, *Intra duplia possidebunt.* Hinc etiam ante resurrectionis diem de Sanctorum animabus scriptum est: *Data sunt illis singulis stola alba, & dictum est illis, ut regesercent tempus adhuc modicum, donec impletatur numerus conservorum & frarum eorum.* Qui itaque nunc singulas acceperint, in iudicio binas stolas habituri sunt: quia modo animarum res tantum agitur, tunc autem animarum simul & corporum gloria latabantur.

### QUÆSTIO XII.

*Si boni bonos in regno coelesti, vel si mali malos in supplicio agnoscant?*

**N**OSSE vellem, si boni bonos in regno, vel mali malos in supplicio agnoscant? Hujus rei sententia in verbis est Dominicis, quam jam superius protulimus, luce clarius demonstrata. In quibus cum dictum esset: *Homo quidam erat, & induebatur purpura & byssus, & epulabatur quotidie*

*splendidè: ita per totum usque dum dicit: Fili recordare, quia recipisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Dives autem de seipso jam spem salutis non habens, ad promerendam suorum salutem convertitur, dicens: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei, &c. Quibus verbis declaratur aperte, quia & boni bonos, & mali malos agnoscant. Si igitur Abraham Lazarum minime recognoscet, nequamquam ad divitem possum in tormentis de transacta ejus contritione loqueretur dicens, quid mala recipierat in vita sua: quomodo etiam præfentes non posset agnoscere, qui etiam pro absentiem memoria curavit orare? quia in re hoc quoque ostenditur, quia & boni malos, & mali cognoscunt bonos. Nam & dives ab Abraham cognoscitur cum dicitur, Recordare quia recipisti bona in vita tua: & eleitus Lazarus a reprobo divite est cognitus, quem mitti precatus ex nomine dicens: Mitt Lazarum ut intingat extremum dighi sui in aquam, ut refrigeret linguan meam. In qua videlicet cognitione utriusque partis cumulus retributio- nis excrescit, & ut boni amplius gaudent: quia secum eos latrari conspicunt, quos amaverunt: & mali dum cum eis torquentur, quos in hoc mundo despecto Deo dilexerunt, eos non solum sua, sed etiam eorum pena confundat. Fit autem in electis quiddam mirabilis, quia non solum eos cognoscunt, quos in hoc mundo noverunt, sed velut visos ac cognitos recognoscunt bonos quos nunquam viderunt. Nam cum antiquos patres in illa aeterna hereditate viderint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper noverunt. Quia enim illic omnes communis claritate Deum conspicunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia vident? Nam quidam noster & vita venerabilis vir, religiosus que valde & laudabilis, cum ante triennium moreretur, sicut religiosi alii qui praestantes fuerunt, testati sunt, in hora sui exitus, Iohannem Prophetam, Ezechielem quoque & Danielem cœpit alpicere. Quos dum venisse ad se diceret, & depressis luminibus eis reverentia obsequium præberet, carne eductus est. Quia in re aperte datur intelligi, quæ erit in illa incorruptioni vita notitia, si vir iste adhuc in carne politus corruptibilis. Prophetas sanctos, quos nimirum nunquam vidit, agnovit. Solet autem plerumque contingere, ut egestat anima eos etiam recognoscat, cum quibus pro aequalitate cuius parum, vel etiam præiormum, in una eit mansione deputanda, quod multi eos in exitu vident, quos aut in regno aut in supplicio pares habebunt.*

### QUÆSTIO XIII.

*De libero arbitrio.*

**D**eus hominem fecit perfectum, & talem scilicet quod posset & velle bonum, & non velle. Et hoc est liberum arbitrium, velle scilicet & nole, & absolutum. Hoc est velle futurum hominis per naturam, sicut dicitur in sapientia: *nostrum est velle, Deus autem perficere, nostrum scilicet per naturam.* Et apostolus: *Velle quidem adiacet nobis per naturam.* Sed hoc velle, & hoc bonus depravatum homo peccando, & quasi extinxit, non tamen omnino: quia semper remansit in eo aliqua scintilla boni: & quando apostolus dixit, *Deus operatur velle:* sic non intelligimus, quod modo primum ponat in eo velle, sed voluntatem quæ in eo est per naturam depravatam & quasi extinctam suscitet & revivificere faciat. Sic facinus convenire ista duo, quod scriptura dicit, *nostrum est velle:* & quod apostolus, *Deus operatur velle cum libero arbitrio.* Deus vel etiam quod necessarium facit, fecit hominem talem, scilicet ut posset velle bonum, & non velle bonum, quia si talem fecisset ut nunquam posset nisi velle bonum, inconvertibilem fecisset eum. Inconvertibile autem nihil est nisi Deus, quia non potest nisi velle bonum. Deus autem quod generare quidem potest id quod est, facere autem non potest id quod est. Quod simile possumus de homine. Homo enim generare potest id quod est, facere autem non potest id quod est, licet possit imaginem suam in pariete pingere, vel in ligno formare. Quia igitur aliqua distantia debuit

inter

inter creatorem & creaturam, potuit Deus facere id quod non ipse erat, non id quod ipse erat: sicut hominem potenter velle bonum & non velle bonum, quod ipse Deus non est, non hominem, non potenter velle & non velle bonum, quod ipse est. Rationali creatura dedit Deus efficacem vim bona natura ad se cognoscendum, qua bona vis natura ad se cognoscendum gratia vocari potest, de qua gentiles Romani multum prouidabant, attribuendo fibi quod tam bene credideram auditam veritatem Evangelii, non attendentes non eadem natura reliqua sibi a Deo, nec in Angelis nec in homine etiam sufficiens ad salutem, immo precipitam te usque ad turpissima vita, quasi fuisse sufficiens tunc, nec Angelus nec homo indigueret Deo: quoniam uterque in semetipso habuisset sufficientiam, & ita quisque sibi foret Deus, quasi per vero Deo: nec esset unus Deus nec unus omnipotens, & ideo remansit sola omnimoda sufficientia, qua angelica vel humana natura, nulla potest operari bona aliquando, etiam cum ipsius appositione potest relabi. Res. Cur igitur apposuit Deus sibi, cum per eam non sit profectura, videlicet ipsa labens apposito sibi adjutorio recognoscet si inexcusabilem, & perseverans natura reddat Deo gratias de appositione gratia. Ergo bona natura rationabilis creatura, cooperari quidem bonum apposita sibi gratia potest. Si vero reliqua nihil operatur boni, immo precipitat se in malum, constitutum esse peccatum efficientem causam mortis: mortem autem necessarium effectum peccati Domino attestante, qui ait ad Adam, *Quoique die comederis de retro ligno, morte morieris.* Ergo qui moritur necessaria morte, impotens est per se resurgere: Christus autem qui caruit criminis, caruit mortis necessitate, ipso teste qui ait: *Potest enim habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.* Igitur mors Christi voluntaria fuit non necessaria, & ob hoc potuit per se resurgere, ut esset resurrectio communis resurrectionis illis qui mortuerantur, vel sunt vel erunt, in Christo mortis necessitate.

Deus dicit praeclarum cuncta qua sunt per vim naturae, vel per vim libertatis: dicitur etiam scire ea qua sunt bona, futura esse bona per appositionem gratiae Dei igitur praedestinationis, et divinae gratiae appositionis. Quapropter qui negat Christum esse praedestinationis, negat eum esse filium hominis, qua humana natura, qua fuerat in lumbis Adae, ex peccato obnoxia per appositionem gratiae in ipsa unione verbi Dei, est immunitus ab omni culpa, licet presentem peccati retinuerit, ut in resurrectione sua Christus eam defrueatur, cuius destruacio est nostrarum corruptiōnum destruēre vel ablutio.

Omnis cogitationes mala non semper instinctu diabolice excitantur, sed aliquando ex nostri arbitrio motu emerguntur: bona autem cogitationes semper a Deo sunt. Scindendum est quod liberum arbitrium dicitur habuisse primus homo ante gultum ponit, post gultum vero servus effectus est peccati. Sed cum habuisset liberum arbitrium, videndum est qua libertas illius arbitrii fuerit. Arbitrium certè liberum tunc, quia non sive potest sive existit, ita ut nulla vi cogente, nec Dei nec diaboli quod vellent bonum seu malum faceret. Sed cum liberum esset hoc respectu, quod a nullo domino nulla vi, poterat ut veller aliquid aut nolle, per se tamen debile erat, ita ut ex sua debilitate eadem pollet, si à diabolo non egenti, sed persuadenti non contentire. Sed stare ex sua virtute nullo modo posset, & si vellat, perficeret per ejusdem Dei auxilium, si non Dei consilio credens ut veller bonum. Cum ergo Adam liberum voluntatem haberet, & propriam habebat possibiliter, sed alienam ut esset in homine quod jussit a Deo remuneraretur, libera scilicet voluntas, qua Deo non coacta serviret, ut esset in Deo unde glorificaretur, cum hominem sua virtute roboretur. Quia igitur Adam liber erat & infirmus, postquam sibi tunc est confisus, & ex libero arbitrio hosti consentit, & per fragilitatem suam cecidit, qui sibi Dominus confisus fuisse, Dominino auxiliante nullatenus utique cecidisset. Sed cum post primi parentis lapsum totus orbis esset servus peccati, venit Dominus nos pristino restituens gradui, reddens arbit-

trium patris mei, libertum sicut prius à vi extranea, sed nova debilitate propria, ut nemo sit qui de se presumat, sed in solo Deo semper confidat. Sed huic libero arbitrio videtur contrarium, quod Dominus ab aeterno Sanctis eius vitam aeternam praedestinavit, & similiter causam vita aeterna meritum sancti eius praedestinavit, reprobis autem mortem aeternam: sed non mortis aeternae causam, quia nulli Deus peccata sua praedestinavit. Non est enim in Dei dispositione quomodo peccator peccet, sed tamen cum sciat eum peccatum, mortem ei praeordinat ut eterus iudex. Si autem praeordinat & praedestinat vitam bono, & mortem malo, videtur vim inferre libero arbitrio: quia cum praedestinationis sua falli non possit, necesse est ut malus sit, quem praedestinavit ad mortem: & bonus sit, quem praedestinavit ad vitam. Et si necesse est hunc esse bonum, & illum malum, perficit ergo liberum arbitrium, quod necessitate cogitur. Quod si arbitrium non est liberum, sed cogitur necessitate, non est culpandus ille, qui velit nolit peccare: neque laudandus, qui velit nolit, bene agit; sed laus & culpa soli cogentia est impuranda. Cur ergo pena malis, gloria iustis? Non est itaque premium, quod justi remunerantur, sed sola Dei gratia: non est vindicta, quod iniqui puniantur: sed iuria, quod absit. Praedestination enim Dei nulla vi cogit nos ad bonum vel ad malum, sed Deus apud quem non est transmutatio, nec viceversa obumbratio, ab aeterno ea qua sunt futura nobis in conspectu suo praesentia habuit, & quales nos aut ex nostra pravitate, aut ex iustitia sibi tales praesentavit, ut praesentes dijudicavit. Quae enim sunt apud nos praterita vel futura, a conspectu Dei nunquam transeunt, sed semper praesentia sunt. Unde & Dominus in Evangelio dicit: *Celum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Si autem verba qua apud nos in momento transeunt, apud Deum semper manent, quis dubiter quin in conspectu Dei sunt permanentia, qua apud nos sunt transitoria? Si ergo in conspectu eius semper sumimus, & praesentialiter nos videt, quales aut ex ipso futuri essemus in bonum, aut non ex ipso, sed ex nobis futuri essemus in malum non inconveniens fecit: si enim diversa videns merita, diversa etiam nobis retribuet premia. Pravitas nostra ab aeterno mala in conspectu Dei ex sua nequitia praesentavit, Deus illam ad mortem destinavit. Quid ergo? Coegit nos Deus ut mali sibi videremur ab aeterno? Absit! Nam potius nos coegerimus eum, ut nos malos videat. Verbi gratia, si video jacere aliquem, necesse est ut ille jaceat, quem jacere video, aurifalsum est quod ego eum jacere video. Illa ergo necessitas a jacente est, aut a vidente? Utique non a vidente inferitur necessitas ut jaceat, sed ab ipso qui se depositus ut jaceret. Deus igitur cui nihil est futurum aut praeteritum, nos sibi praesentes semper malos esse videt, non ut iustus ille necessitatem inferat pravitas, sed quia pravitas illa latere nequit praesentiam iustici. Nunquid autem Petrus Deum negavit, quia Dominus dixit, *Tu me negabis?* Aut nunquid Judas tradidit, quia Dominus dixit, *Tu me trades?* Aut nunquid Lazarus moriuitus est, quia dixit Deus, *Lazarus dormit?* Judas autem Lazarus jam de traditione convenerat, solus Petrus cum de negatione audierat, se non negaturum, jurabat sed tamen ex verbis Domini magis coactus est Petrus, ut faceret quod nolebat, quam Judas ut perficeret quod volebat. Sed impossibile erat scientem omnia nefere, quae istis essent ventura. Sicut ergo praedestination ad mortem non cogit malos ut pereant, sic etiam praedestination ad vitam non cogit bonos ut salventur. Sed cum Dominus bonos ad vitam praedestinavit, ita eos praedestinavit, ut ipsa sua praedestination meritis & precibus nostris obtineatur. Nonne enim Dominus Abraham dixit, *In Isaac rodat tibi semen.* Sed licet in Isaac promisisset Dominus fecunditatem feminis, tamen uxor illius Isaac fuit sterilis. Oravit Isaac, & dedit Dominus conceptum Rebbecca. Si ergo promisit Deus fecunditatem, & dedit sterilitatem, Isaac autem oravit: quid aliud est, nisi quod oratio praedestinationem obtinuerit? Unde colligi potest, quia ita Deus nobis bona sua promisit, ut tamen labore nostro

acquirantur. Quod si volterimus ad laborem in omnibus quæ bene agemus, nobis cooperabitur.

## Q U A E S T I O X I V .

De peccato originali.

**Q**UERITUR quare propagatio peccati originalis, & inroitus mortis in mundum, aspergatur primo homini Adæ, & non mulieri vel serpenti: cum utrumque prius peccaverint, serpens suggerendo, Eva consentiendo? Ad quod dicitur, quoniam iustæ à diabolo habemus hereditatem peccati, cuius originis & naturæ nullam habemus communionem, ideoque ipsi suggestione vel imitatione possemus esse similes, sed propagatione non sumus conformes. Ab Eva vero matre nostra, ideo peccati suggestionem non habemus, quia feminis nostri originem non à matre, sed à patre accepimus: & ideo de cuius principalius traducimur massa, de eo etiam originaliter traducatur & culpa: & quia etiam Adam plus peccavit, quia Eva seducta est. Adam vero non seductus nec deceptus, sed scirenter peccavit. Queritur, quo pondere peccatum Adæ tantum tuerit, ut non solum ipsum, sed & totum genus humanae perdere potuerit? ideo quia non peccavit neccesse nec ignorantia vel fragilitate. Neccesse non, quia neque violentia diaboli, nec indigentia ciborum coactus est, ut possum comeaderet, neque ignorantia: quia cum sapientissimus creatus esset, de eadem re præmonitus fuerat à Dominino: nec fragilitate, quia cum praesente Deum adjutorem haberet, sed de hoc cum interrogare, vel in eo confidere voluisse, eadem nullo modo potuisse, queritur, dum Dominus redimendo omnia peccata nobis abstulerit, cur paenam peccati non abfluit, ita ut etiam in hac vita impassibilis essent & immortales? Quod etiam cum summa ratione fecit. Si enim nos post suam redemptionem immortales fecisset, omnes ad fidem convolarent, non propter amorem Dei æternæ beatitudinis: sed propter id solum, ut possent assequi immortalitatem huius vita carnis, & sic perire fructus fidei, quia non esset propter amorem Dei. Possibilitatem vero reliquit, ne videretur nobis delectabile huic inhærente, sed potius feltinaremus ad illam quietem, quæ cum Domino est indeficiens. Quid enim esset, si possibilitatem penitus abstulerit, & cum suis tot & tantis tribulationibus ita diligatur ut vix aliquis esset qui sic æterna beatitudinis memor fuisset. Notandum, si quis baptizans dicat, Baptizo te in Christo Jesu, & non dicat, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sicut Dominus instituit, non est verus baptismus: & ideo videndum est ne quisceret in verbis Apostoli, quibus dicit: *Nunc baptizo in Christo Jesu: Alter intelligens quām dicitum sit.*

Ut ultra non feriamus peccato, hic quidam heretici asserere volebant, ut si peccator post baptismum ad peccatum redire, nullo modo amplius ad penitentiam recipietur, & quod ad peccatum ultra redire non debet post baptismum: sed illud talium est refutatio Domino: peccator, quæunque hora ingenerit, salvis erit. Mors illi ultra non dominabitur, id est, aliqua mortis compassio, ut flere & luctare, &c. Quod enim post resurrectionem comedit, non famis illud fecit, sed quasi miraculum illud ad se declarandum fecit. Similiter quando mortui peccatis sumus, non ultrâ ad ea redire debemus, ita ut nobis dominentur. Et notandum est, quod non dicitur, Christus resurrexit: sicut dicitur, Rehabit, quasi iterum habuit. Non enim Dominus aut ter surrexit, sed semel, & Christus jam non moritur. Nam mortuus est tantum semel, non bis, quod semel mori sufficit: quia hoc quod mortuus est, peccato, id est, ad destructionem peccati: & quia peccatum destruxit, fatalis mors una sufficit. Verè enim non iterum moritur: nam hoc quod mortuus est, scilicet mortuus est peccato, id est, ut destruet peccatum: illud est semel, non bis. Quasi dicat: Hoc est semel, quod ipse mortuus est, ut peccatum deleter. Ergo illos destruit, qui dicunt Dominum ita in aere

mori pro diabolo, sicut mortuus est pro nobis in mundo. Prima di qua Adam conditus fuit, verus extitit non atra-tes, sed congrua similitudine: quia sicut res quæ vetus est, deficit, & ad occasum trahit sic Adam quæ hora peccavit, ad occasum mortis quasi vetus descendit, & similiter post eum quilibet peccator. Sed Christus novus homo fuit, & spirituali ratione, & licet homo factus, rex tamen erat & Angelorum & hominum, & præterea alia generali ratio- ne, quia sicut nova res crescit & roboretur, sic Christus de virtute in virtutem crevit, testante Scriptura: Jesus autem proficiebat ætate & sapientia coram Deo & hominibus. Ad cuius imitationem novi esse debemus, confundendo de virtute in virtutem. Unus status Adæ fuit, quando adhuc in Paradiso ita conditus ut comedederet & biberet, & alia corporis officia exploreret. Hunc sibi filius incarnatus assumpsit. Secundus status fuit post lapsum & post exitum de paradiſo, quando mortis conditioni subiacuit, ex eo acceptit Dominus ut mori posset. Tunc ejus status fuit, non quem habuit, sed quem habere debuit, si in obedientia perfutisset, scilicet ut neque peccare potuisset, neque voluisse. Ira Christus neque peccare potuit, neque voluit. Duo sunt vocations: una generalis, alia specialis. Generalis qua dicitur, Multi vocati: quia in fidem omnes generaliter sumus vocati. Specialis qua dicitur, Pauci vero elec-ti. Ubini notarunt omnes generaliter ad vitam per fidem vocatos, paucos vero electione bonorum meritorum vita predestinatos. Sciendum est, quia ante legem eadem fide salvabantur parres, quæ & nos modò. Ego quare Deus circumciditionem superaddidit, si fides ad salutem tunc sufficit? Ad hoc dicitur, quia Dominus noster semper talia inventit & statuit, quibz us merita nostra ampliari possint. Ut igitur Dominus noster Abraham majoribus meritis sublimaret, ut circumciditionem observaret, sicut Adam in Paradiso terreno posito induxit obedientiam, ut postea transferret eum eis meritis, vigiliceret, obediens permaneret, in celestem regiam. Aut voluit Dominus, ut sicut Iudei distabant à genibus in fide, ita distarent in habitu exteriori. Vel signum fuit exterior circumcisio interioris circumciditionis. Iterum queritur, si bona fuit circumcisio, quare mutata est, cum nullum bonum debeat mutari, & hoc modo Deus mutabilis causatur: falsum est, quod nullum bonum debeat mutari: quia videmus & tempora & aetates mutari, quæ tamen bona sunt. Iterum queritur, quare illud membrum circumcidatur, & non alia. Sed hoc ideo fit, quia illud membrum prouius est ad peccatum. Et quare omnia membra non circumciduntur, cum omnia jugiter offendant? Profectò quia aut turpe est, si natus vel oculus circumcidetur, aut intolerabile Iterum queritur, quare femina non circumcidentur. In hoc mysterium consideratur, quoniam vir in designatione rationalitatis, quæ semper purior esse potest quam sensualitas, quæ ratione comprimenti debet, & regi ut mulier à viro. Verbi gratia, oculus nunquam cavere potest, quin illicit videat, & sic cæteri sensus exteriores.

Notandum est, quare dicit Apostolus: *Per unum hominem mors introiit in mundum:* cum potius diabolo persuadente, Eva consentiente, Adam sciente intraverit. Sed diabolus non imputatur, quia à diabolo nullam originem in propagatione accepit homo. Que iterum non acribitur, quia vir non à muliere, sed mulier à viro est, & ipsa post receptionem virili sensu suum secundario adjicit: sicut videmus quod terra primum semen recipit, deinde suos humores administrat, & pullulare facit. Soli ergo viro culpa imputatur, quia & sciens & videns peccavit, & maluit ad horam uxorem suam non offendere, quam in Dei obedientia perseverare.

Queritur, quare puer adhuc in utero matris originale peccatum imputetur, & quare de baptizato baptizatus non nascatur? Ad hoc dicitur, quia de corrupto non nisi corruptum nasci potuit. Et iterum: Homo quantum in se est, mundatur in baptismis, sed quia sine concupiscentia procreare non potest, imputatur & illius proli. Sicut terra purgatum semen à paleis suscipit, & tamen ab aliis paleis non ipsum exsurgit. Sed quare anima origine peccatum

impu-

imputatur, cùm nova & munda à Deo procreata? Sanè quia ipsa corpori in eadem persona unitur, & ab ea haç consuetudine & unione corruptitur. Verbi gratia, ut si quis bonum semen in terram mittat, & postea n̄ in frumentum bonum terræ commixtione, sed zizania referat. Sed quare melior pars, scilicet anima in puriorē partem, scilicet corpus non trahit, & suam non convertit? Hoc divino iudicio relinquendum est. Quæritur, quandoquidem Dominus abstulit originale peccatum, quare etiam pœnam ejusdem peccati non abstulit? Quo contra dicitur, quod in hoc misericorditer Dominus consuluit, quod morti possumus: quia ad cœlum ascendere non possumus, n̄ili aliquibus meritis, sicut nec Adam in Paradiso possumus. Volut igitur Dominus omni nos necessitate compellere ut illic tenderemus, qui sublate timore mortis nemo proficeret. Cū modo tot instantibus perculis, tot mundi tribulationibus & molestis pauci admodum coacti ad vitam æternam perveniant, & revera fieret homo incorrigibilis sicut diabolus sine formidine.

## QUÆSTIO XV.

*De Redempione humana.*

**P**RIMA quæstio est, quare Dominus hominem solo verbo non redemit? Quod sic solvit. Si solo verbo hominem salvum esse præcepisset, diabolus conqueri posset eū magis ulrum dominica potestate, quam iustitia æquitate. Secunda, quo jure æquitas hoc fecerit? Reponio, quia diabolus dominicum hominem, naturam non culpam hominis habentem, in hoc quod vincitum reddidit: quoniam modo sanè Christum in quo peccatum jus non habuit, crucifixit: & ideo merito & jure gentium amissit hoc quod magna fraude possebat. Tertia, quare illa tribulatio redemptio vocetur. Quia consequenter solvit, quia sicut Esau edulio lentis primogenita sua vendidit, ita Adam dum pomum guttare præsumpsit, sicut servum diabolo fudigavit, quem Dominus Iesus par pati referens, limili potu inebriavit, quo ille lethifer protoplastam mortuificavit. Sicut enim ille gulu pomi Adam mortem portavit, ita Dñs quodam dulce poculum ei propinavit, quando eum concusit oblectari contumelias multis, quas libi ingelit. Quarta, cur neque per Angelum, neque per hominem talus fieri potuit? Reponio. Per hominem fieri ideo non potuit, quia impossibile erat ut perditus perditum redimeret, vincere vinceret. Occasionem non rectam causam vocare solemus, quam habet adversus nos, quando nos ad bona tendere compicit.

Notandum est, quod Apostolus triplicem legem nōgavit: legem carnis, quæ est peccati: legem Moysi, legem mentis, quæ etiam lex est spiritus. Dixit quod in Christo Iesu sunt liberati a morte, & verē sunt liberati in Christo à causa. Nam pater filium suum non carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, damnavit peccatum nostrum de peccato. id est, de filio tuo, qui tunc peccatum, i.e., hostia pro peccato. Deus Pater dicitur mittere filium improbum, quia non mitit ut à se localiter removeat, qui secum est ubique præfens, sed tamen quadam similitudine mittere dicitur: quia sicut eum quem nos mitimus, a nobis separamus, sic pater filium misit, quando eum in assumptione carnis à se aliquantulum separavat: quia licet Pater & Filius & spiritus sanctus in conceptione beata virginis Mercede sint cooperati, sola tantum persona filii carnem assumpt. Sicque quasi à se videtur mittere, quia cum filio non assumpt carnem de virginie. Videndum est, quod filius nullus est non ad virginem, sed similitudinem virginis: & non carnis simpliciter, sed carnis peccati. Si enim diceret Christum imaginem carnis habere, jam videbatur illi heretico confundere, qui Christum afferebat imaginariū & phantasticum corpus habuisse. Ut ille qui dicit: *Si virgo pergit, phantasma fuit.* Ideo dicendum est Christus missus fuisse, non imagine, sed similitudine carnis, non carnis simpliciter, sed carnis peccatarici, quia Christus non humilié carnem, sed veram & verum corpus habuit: quia caro cùm fine peccato esset mundissima, pura, vera, simili tamē nostra peccatarici carni in passibilitate & mortalitate: sicque nostram habuit carnem non peccati, sed similem carnem peccatarici. Si pater mittens filium suum in similitudine carnis peccati de peccato, id est, de filio qui erat hostia pro peccato, ut dictum est, damnavit peccatum, quod erat suum in nostra carne damnavit: dico peccatum originale & actuale: enitus in morte filii destruendo, & fomitem peccati qui in carne remansit, unde oritur debilitando, ita

ut car-

Evangelii, à quorum fide & veritate in nullo discrepabant. Sed videntur superflue addita post Evangelia, cum in eis perfecta sit fidei doctrina, virtutum instructio virtutum correctio. Sunt tamen necessariae post Evangelium epistolas, quia & si de omnibus in eis scriptum sit, quod tamen summotenus ibi dictum est, hic plenari & sufficienter perdoceatur: & suborientibus etiam novis vitiis in Ecclesia, quasi novæ cause novæq; advenienda erant praecpta, que & ab Evangelio profluere, ut & tamen quadam sua novitate & necessitate non superfluerent, in quo innititur Apostolus auctoritate Prophetarum, quod post datam legem Moysi contra rediviva vita inspirante Domino & iubente spiritualem dederunt correctionem. Cum enim Dominus in Evangelio hortans nos ad humilitatem, ne quis invictus ad nuptias Ecclesia, discumberet in primo loco, superbia & admoneret, ostendens quod ne quis se alius preferat, & ne quis se de suis meritis laetaret.

Per legem cognovi peccatum esse vitandum, peccatum, id est, diabolus, qui me peccare fecit, operatus est in me concupiscentiam, & hoc per mandatum legis, non ne cessante peccandi accepta in lege, sed occasione hoc modo: quia ante legem quod quasi lopitus erat diabolus, non curans ut illos ad mortem cogeret, quos ad ipsam spontaneos ire videbat: sed cùm videbat dari legem, qua viam peccati contradiceret, cognovit quod eos aut penitus amitteret, aut eos ire ad vitam mortis, qua interdicebatur, cogeret. Et tali modo ad bonum legis qua expergefactus est, eniti & laborare plus cepit, ut eos cogeret invitatos ire, quo prius ibant spontanei, & sic à lege accepta occasione cepit eos instigare ut peccarent. Illiautem non in Deo confidentes, sed in se resister non potuerunt, & ideo occasione legis plus peccaverunt: quia & inobedientes Deo fuerunt, & majora peccata fecerunt. Sieut si hostis in hostem debilem surgeret, in eum non omnes vires exerceceret, sed si eum præmuniti & roborari videret, fortior adversus eum occasione illa insurgeret, quia tunc aut vincetur, aut vinceret. Occasionem non rectam causam vocare solemus, quam habet adversus nos, quando nos ad bona tendere compicit.

Notandum est, quod Apostolus triplicem legem nōgavit: legem carnis, quæ est peccati: legem Moysi, legem mentis, quæ etiam lex est spiritus. Dixit quod in Christo Iesu sunt liberati a morte, & verē sunt liberati in Christo à causa. Nam pater filium suum non carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, damnavit peccatum nostrum de peccato, id est, de filio suo, qui tunc peccatum, i.e., hostia pro peccato. Deus Pater dicitur mittere filium improbum, quia non mitit ut à se localiter removeat, qui secum est ubique præfens, sed tamen quadam similitudine mittere dicitur: quia sicut eum quem nos mitimus, a nobis separamus, sic pater filium misit, quando eum in assumptione carnis à se aliquantulum separavat: quia licet Pater & Filius & spiritus sanctus in conceptione beata virginis Mercede sint cooperati, sola tantum persona filii carnem assumpt. Sicque quasi à se videtur mittere, quia cum filio non assumpt carnem de virginie. Videndum est, quod filius nullus est non ad virginem, sed similitudinem virginis: & non carnis simpliciter, sed carnis peccati. Si enim diceret Christum imaginem carnis habere, jam videbatur illi heretico confundere, qui Christum afferebat imaginariū & phantasticum corpus habuisse. Ut ille qui dicit: *Si virgo pergit, phantasma fuit.* Ideo dicendum est Christus missus fuisse, non imagine, sed similitudine carnis, non carnis simpliciter, sed carnis peccatarici, quia Christus non humilié carnem, sed veram & verum corpus habuit: quia caro cùm fine peccato esset mundissima, pura, vera, simili tamē nostra peccatarici carni in passibilitate & mortalitate: sicque nostram habuit carnem non peccati, sed similem carnem peccatarici. Si pater mittens filium suum in similitudine carnis peccati de peccato, id est, de filio qui erat hostia pro peccato, ut dictum est, damnavit peccatum, quod erat suum in nostra carne damnavit: dico peccatum originale & actuale: enitus in morte filii destruendo, & fomitem peccati qui in carne remansit, unde oritur debilitando, ita

ut carnalis titillatio non ultra ita ut solebat, impugnare fidèles, si in Domino confidant, passionis ejus memores. Scendum est, quod licet innuat Iudeos servile ex timore, non tamen hoc de veris Iudeis intelligendum est, qui certè sancti viri qui fuerunt nostra fidei, & nostri testamenti, sicut nos modò sub gratia, sic ipsi ex dilectione servierunt, sed propter falsos Iudeos.

Videndum est autem quomodo falsi studiis datus sit Spiritus sanctus, ut per ipsum spiritum servirent Deo, & non in timore: quia vbiunque datur Spiritus sanctus, potius amorem generat, quam timorem. Ad quod dicitur, quia in hoc quod benè egerunt, opificem spiritum habuerunt: in hoc autem quod ex solo timore fecerunt, non a spiritu, sed à ipsis habuerunt. Quare Spiritus sanctus fuit quidem opifex bona servitutis, & non pravi timoris: licetque spiritus dabit servitutem, servitus verò probebatur per timorem, quia nullum præmium promere ur ab eis quia aliquid suo timoris operatur: siveque nos accipimus spiritum servitutis, non qui sit in timore, sed in amore. Quare spiritus magis perfectus datus est in nobis quam in illis: quia facit nos adoptivos filios, & verè filium filii à causa. Nam ipse spiritus reddit multipliciter, id est, multis signis dat testimonium spiritui nostro, quod filii Dei: quia servi viimus Deo amore filiali, non timore servi. Spiritus noster facit se filium Dei, cùm ipse Deo ex amore servit, quod scilicet eum esse filium testatur & approbat. Spiritus sanctus, quod non refutat ab eo, sed potius cooperatur ei ad omnia de die in diem, ad majora cum provehens: quod non faceret, si spiritus noster in timore serviret. Semel immolatus est Christus in se ipso, & tamen in sacramento non solum per omnes pascha solenitates, sed omni die populis immolatur. Hæc utique mentitur est, quinque interrogatus, respondet immolare. Invitavit Dominus servos, & comparavit illis cibum se ipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen ait: Qui manduca me, vivet propter me. Quando Christus manducatur, vita manducatur: nec occiditur ut manducetur, sed mortuos vivificat: quando manducatur reficit, sed non deficit. Non ergo timemus fratres, manducare illum panem, ne torte inimicus illum, & postea qui manducemus, non inveniamus. Manducetur Christus, vivit manducatus: quia resurrexit occisus, nec quando manducemus, partes de illo facimus. Et quia in sacramento sic fit, & non sunt fidèles quemadmodum manducant carnum Christi. Unusquisque accipit partem suam, unde ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo. Totus erat apud patrem, quando venit in Virginem: implevit illum, nec recessit ab illo. Venit in carne, ut homines illum manducarent: & manit apud patrem, ut Angelos pascerent. Quid enim sciatis fratres, & quod scitis & quod nescitis scire debetis, quando Christus factus est homo, panem Angelorum manducavit homo. Unde, quomodo, qua via, quibus meritis, qua dignitate panem Angelorum manducavit homo, nisi creator Angelorum fieret homo?

Sed Fides justificat, sicut scriptum est: *Iustus autem ex fide vivit*, tunc originalia & actualia peccata per eam remittuntur, insuper etiam augentur merita. Unde meritò queritur, cur providentia divina placuit superinducere circumcisionem, aut superinducta quid proficit? Responso. Misericordia Dei nos semper de virtute in virtutem ascendere cupit, & nihil magis quam profectum nostrum desiderat. Sicut ergo primo homini legem posuit, qua servata ad honorem impaviditatem atque immortalitatem perveniret: sic & Abraham & posteris ejus dedit circumcisionis præceptum, quo completo, ingens obedientię illorum acreceret magnitudo. Vel per carnalem circumcisionem designabatur spiritualis, que est cordis munditia, & vitiorum mentis amputatio, ut sicut à ceteris genibus distabat in interiori homine, sic quoque exteriori homini disconseretur per circumcisionem. Voluit etiam eos Dominus hoc signum in corpore suo portare, & quasi sub oculis habere, ut ejus significationem frequenti meditatione attenderet, etiam fidei operibus studerent.

Rursus queritur, si sancta atq; utilis erat circumcisione, cur debuit mutari, atque pro ea sustineri baptismus? Ad quod dicitur. Postquam propter charitatem suam, qua dilexit nos, misit Deus filium suum, ut homo fieret, & hominibus appareret, tunc dona gratiae ejus profluere nobis magis cœperunt, scilicet robustior & major innocentia, copioſiori justitia. Unde pro circumcisione baptismus lavaci salutaris institutus est, ut ablutione exterioris hominis decor splendorius interioris demonstraretur, & signanter elementum aqua huic sacramento qualitatem est, quae rebus fordistis candorem reducit, quæ sicutitem reficit, quæ terram irrigat, & fertilem facit, & ignem extinguit. Significat enim gratiam spirituali, animam emundantem, & intus reficiēt, & somitem peccati extinguēt, & profectum virtutum ipsi anima largientem.

Quæritur, quo iure æquitatis eum liberavit. Ad quod dicitur. Filius quidem Dei homo factus est, generis humani alium pra Virgine matre natura sine culpa, quam scilicet providentiam non tenerent peccata. Videt autem eum improbus hostis vagientem, lachrymantem, & catena facientem, quæ humana exigit natura: unde non credens eum non ibi obnoxium, negat transgressionis exortem, quem tot documentis didicit esse mortalium. Inquit, intulit contumelias, multiplicavit injurias, & dum manum innocentem mittit, & chirographum quo innitebatur, excidit ab illo iniurit exigenz penam, in quo nullam leperit culpam. Solutum est ergo nostræ damnationis atque coniunctionis vinculum, atque improbus hostis dū plus querit, si uim perdidit: quoniam haec lex justissima est, ut qui alienis incombant, propria animitat.

Quæritur, cur solis masculis imposita sit circumcisione, cùm modo videamus utrumque sexum ad baptismi gratiam convolare? Ad quod dicitur. Quia occulte mysterium significacionis in se continet. Nam mulieris nomine sensualitas, viri autem nomine rationalitas designatur. Sicut autem Apostolus: Caput mulieris vir, vir autem spiritus rationalis, qui animalem affectionem tanquam conjugum regit. Ut ergo signarer hanc animalitatem, à vitiis penitus immunem esse non posse, neque per sui munditiam viro suo, i.e. spiritui aquari, idcirco masculis circumcisione injuncta est, mulieribus autem non. In baptismō autem hujusmodi non attenditur significatio, sed quia utrique indifferenter peccata per gratiam remittuntur, indifferenter ab utroque ad baptismi gratiam convolatur.

Quæritur, cur hac tribulatio redemptio vocetur? Ad quod dicitur: Sicut Esau edulio lentis primogenita sua vendidit, ita miser protoplastus dulcedine pomi quam gustavit sese sub peccato & diaboli servitio mancipavit. Dominus autem pro dulcedine veritatis quia miser homo venditus est, dulcedinem quoque injuriandi & colaphizandi se ad ultimum crucifigendi, diabolo propinavit, cuncta humiliiter patiens, quæ in eum facere voluerunt. Sieque & verita dulcedine diabolus falacriter eum emit, & verita dulcedine sibi Dominus redemit.

Iterum queritur, quid causa fuerit, quod ad celebrandam hanc redemptiōnem humanam naturam assumpsit, & non potius digniori angelicam naturam, sicut ait Apostolus: Nunquam enim angelos apprehendit, sed semet Abraham temel apprehendit. Ad quod dicitur. Idoneum ac dignum erat, ut per quam peccatum admireramus, per ilam etiam redimeremur, & forsitan posset diabolus murmurare se iniquè amittere. originalem humani generis servitutem, nisi de eo quod subjecerat vinceretur. Praecea & filius Dei, sicut nisi Deus esset, non ferret remedium; ita nisi verus homo esset, non daret exemplum.

Id etiam queritur, cur tam diu diffidit adventum suum, & redemptiōnem istam? Quod sic solvit. Novum quiddam atque mirabile erat futurum, & ideo per multam seriem temporum prædicendum. Nam si subitum atque omnibus incognitum evenisset, nullus quod credere potuisset, cùm etiam post tot revelationes, tot signa, tot prædicamenta, tantam temporis moram, vix aliquis invenerit fidem præbentes. Aliter etiam solvit, quod retribuit. ita nisi verus homo esset, non daret exemplum.

Quæ-

Quæritur, cùm à muliere initium peccati, & ante mulierem à diabolo: unde dicitur in Evangelio, Quia ille homicida erat ab initio, & diabolus peruidendo, & mulier consentiendo, & viro persuadendo prius peccaverit: Apostolus de peccato loquens, quod per successionem posterratis ac sobolis propagationem in omnes transferat, cur non serpenti illud ascribitur vel diabolo? Responso, quod ex eo nulla penitus humana generatio. Mulieri iterum nō ascribitur, quia non ex muliere, sed ex viro posteritas nominatur; Dignior enim sexus est, sicut alibi dicit Apostolus: Non vir ex muliere, sed mulier ex viro est. Viro igitur ascribitur, quia principaliter ex virili semine sit procreatio, & originali corruptum peccato, & secundario ex mulebri. Verbi gratia, sicut ex grano semen principaliter procedit, & ex humore terra secundario accrescit. Ex materia corrupta nihil integrum aut corruptum potest nasci, iuxta illud sancti Job: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semini?* Si quis altius perquirat, cur peior pars adversus meliorem prævaluit. Hoc Dei iudicio relinquentem est, id tantum veracriter protellamur, quod nisi anima similis & corpus hominis originali peccato subjecerant, non inde utrumque liberandum esset, non utrumq; filius Dei verus & homo sibi personaliter assumplisset.

Rursus consequenter requiritur, si per baptim mundum omnibus peccatum originale remittitur, quid obster, ut pena eiusdem peccati non protinus absolvatur, neque timet amplius mortem, sive aliqui passioni subjeccent. Ad quod dicitur, Etiam in hoc providit nobis plus & misericors Dominus In celo siquidem nobis regnum & vitam meliorem, quam in hoc mundo esse potuerit, & iucundiorum præparavit. Sed ad eam quis animum intenderit, sciens se in hoc mundo perpetuo fine passione aliqua victum, cum etiam timor mortis & caro nostra tota plena est miseriis; mundus quoque penè suis contritionibus deletus vix nos mittat ad Deum? Voluit igitur haec vitam nobis amarescere, ut dulcescere amplius illa portuisset. hinc post transgressionem protoplasti à Domino dictum est: *Vide te sumat de ligno vite, & vivat in eternum.* Præputium est illa pellicula, quam præputiabant Judæi: quam quia retinebant gentiles, non præputiati, sed præputium, i.e. ipsa immunalia opprobrium habebant à Judæis. Hanc pelliculam, qua sedes est libidinis. Deus Abraham ut recidere injunxit: ut ipse & alii per voluptuosam partem separatam a corpore, intelligentes recidi omnes voluptates a mente; dignumq; erat ut in eo membro magis originale peccatum puniretur, à quo etiam propagabatur. Ideo autem vir & non mulier est circumcisus, ut cum sint duo status animæ, virilis & muliebris, quos Apostolus in sequenti carnem & spiritum vocat. Unde & Dominus in Evangelio: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Ostenditur à carne somitem peccati non esse ablatum iustis ad probationem, à spiritu vero per gratiam ablatum esse, & confessum delectationis, & contagium eiusdem ad renunciandum. Unde Apostolus cum repugnantiis somitis in membris carnis & voluntatis bonæ in spiritu perspexit, exclamavit: *Quis me liberabit à corpore mortis bujus, cùm per me contra haec sim debilis?* Et subdit: *Gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum: ut ostenderet se & de sua virtute deficeret, & de divina præsumere.* Et tamen mulier licet non sit circumcisus solennis, holitus & oblationibus, ab originali peccato purgata est. In membro autem illo magis amputatio peccati ostendi debuit, quia præ carceris omnibus magis peccato obnoxium tam propagatione originali in filios, quam perpetratione actuali in se ipso: ut quod & Adam prima die texit omnibus filiis ad concisionem, hoc Deus circuncidit fecit octava die nativitatis cuiusque ad remissionem, ut qui in inicio seculi peccato sunt infecti, & in hac vita magis punirentur à lege in membris originis & voluptatis, & in octava etate finis seculi post diem iudiciorum signarentur ab omni contagione peccati.

Quæritur eniam, cur circumcisio in viro & non in muliere, vel in virili & non in ceteris membris completa sit? Responso. In viro tantum, & non in muliere ideo: quia mulier statim post peccatum duplēcē lētentiam accē-

pit. Unam cum viro mortalitatis & passibilitatis pro transgressioni: alteram in eodem originali membro propagationis, ut sola pareret in dolore filios suos pro serpentis inobedientia, & viri deceptione. Ideoque dignum erat, ut similiter vir qui scienter & plus peccaverat, duplēcē lētentiam recipere: unam mortalitatis pro transgressioni, alteram circumcisionis in originali membro pro consenu hostis & uxoris sua. In virili autem & non in ceteris membris completa est circumcisionis, tum quia nimis crudele & intolerabile esset in omnibus membris circumcisioni: tum ut ostenderet, quia extrinsecus non erat plenaria circumcisionis, quia circumcisionis peccatum originale in originali membro puniret, temporalique sua pœna pœnam æternam preveniens, ut culpam auferret, sicut & lex cetera membra: quia per gratiam remittere non poterat vindicando auferebat, sicut dentem pro dente, oculum pro oculo, & nec profectum virtutum, nec actualium delictorum remissionem, nec gratiam adjutricem dabant: sed qui apud inultum transfire non posse noverat, qui ut plenus & dulcissimi faceret in suo baptismate sine omni pœna, sola & plena gratia aqua generationis totum hominem ablui praepedit, ut in omni parte sua totus interior homo ab omni peccato suo tam originali quam actuali mundari, & insuper in novum splendorem virtutum reformati gratis, & candidari videtur. In quo tanto mysterio suo complendo, idoneum eligere curavit elementum, scilicet ut non vim & oleum vel quemlibet liquorum pretiosum. Quæcum nūquam sit venalis, sed omnibus gentibus gratuita, non ideo vilitatem irrogarent tanto sacramento: quia non est pretiosa, sed ex hoc quia non est venalis, quæcum pauperibus quam divitibus idoneam se exhibet, & ideo gratuita Dei gratiam ostenderet, quia est gratuita: eadem necessaria, quia & ipsa omnibus est necessaria, cuius & interiori efficaciam exprimeret sua exteriori.

Sicut enim aqua non solum præ omnibus liquoribus fordes abluit, sed & candorem reducit: sic gratia baptismi non solum fordes omnium abluit vitiorum, sed incendia extinguis libidinum, candorem reducit omnium virtutum. Unde & baptismus post circumcisionem jureat superpolitus, ut quia lex in iustitia carnis perfectum non potuit facere servientem, gratia perfectum faceret & observaret. Quæ etiam aqua quia getminare facit terram, honorum operum fecunditatem denunciat, & quot usus habet, tota sua mysteria significat.

Si ut quidam opponunt, angelica natura incarnaretur, cum unicus & Angelus & homo in natura sua habeant peccare, facilissime caderet nostra fragilitati unita, cum utramque naturam per se confit peccasse, sicut constat humanam naturam nullo modo sine peccato esse posse, nū subveniret ei divinitas.

Quæritur, quare Dominus discipulis suis non ante, sed post cenam corpus & sanguinem sum tradidit, cùm nullus nisi jejunus illud Dominicum corpus & sanguinem præsumat accipere? Ad quod dicitur. Quia non debuit novum incipere testamentum, nisi prius finito veteri testamento: idque ostendit ubi dicit: *Desiderio desideravi pastores manducare vos vobiscum, antequam patiar & item: Mandatum novum a vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexii vos Dominus Deus.*

Tribus modis diabolus hominem percutit, videjacet in fronte, in latere, in tergo. In fronte, cum volenti aliqui aliquod bonum opus incipere, in ipsa intrepitione suggesti aliquam extollentiam, dum putat se bene factum, ac deinde gloriat in interius. In latere, ut dum agit, mente exaltatur. In tergo quoque, cùm priusquam actum fuerit, videns se se recognoscens, tandem confessionem in ultimis facit.

*Venerabilis Bedapresbyteri, variarum Quaestionum finis.*